AUGUSTINUS. PS. CLEMENS I. PAPA. HENRICUS DE HASSIA. THOMAS HALENSIS. AUGUSTINUS. PROSPER AQUITANUS. MARTINUS DE LEIBITZ. LEGENDAE SANCTORUM

Melk (?), 1461-1469 Seite 139r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40036
Copyright: Melk, Benediktinerstift



humane. sed in electis preparatur
voluntas a dno Ideo ad ipam quoque
fidem que in voluntate est pertinet
quis enim te discernit. quid autem
habes quod non accepisti Multi
audiunt verbum veritatis. sed alii
credunt alii contradicunt Vo
lunt ergo isti credere. nolunt autem
illi Quis hoc ignoret? Quis
hoc neget? Sed cum in aliis pre
paretur in aliis non preparetur vo
luntas a domino. discernendum
est utique quid eveniat de misericordia
eius. quid de iudicio Q
uod querebat israel ait apostolus
hoc non est consecutus. electio
autem consecuta est. ceteri vero
excecati sunt sicut scriptum est
Dedit illis deus spiritum compuncti
onis oculos ut non videant et
aures ut non audiant usque in
hodiernum diem Et dauid dicit
Fiat mensa eorum in laqueum et in
retributionem et in scandalum illis.
obscurentur oculi eorum ne videant
et dorsum ipsorum semper incurva
Ecce misericordia et iudicium M
isericordia in electionem que con
secuta est iusticiam dei. iudicium
vero in ceteros qui excecati sunt.
et tamen illi quia voluerunt
crediderunt. illi quia noluerunt
non crediderunt Misericordia ergo
et iudicium in ipsis voluntatibus
facta sunt Electio quippe ista
gratie est. non utique meritorum Su
perius enim dixerat. sic ergo et in hoc
tempore reliquie per electionem gratie

salue facte sunt. si autem gratia iam
non ex operibus. alioquin gratia iam
non est gratia Gratis ergo consecu
ta est. quod consecuta est electio.
non precessit eorum aliquid quod prio
res darent et retribueretur illis
Pro nichilo saluos fecit eos. cete
ris autem qui excecati sunt sicut
ibi non tacitum est. in retributio
ne factum est Universe vie domini
misericordia et veritas. inuestigabiles
autem vie eius Inuestigabiles ergo
sunt et misericordia qua gratis liberat.
et veritas qua iuste iudicat
Sed forsitan dicunt Ab operibus
fidem distinguit apostolus Gratiam
vero non ex operibus esse dicunt.
non autem dicit quod fit ex fide I
ta vero est Sed ipsam quoque fidem
opus dei dicit esse ihesus. et hanc
ut operemur iubet Dixerunt enim ad
eum iudei Quid faciemus ut ope
mur opus dei? Respondit ihesus et
dixit illis Hoc est opus dei ut
credatis in eum quem misit ille Sic ergo
distinguit apostolus ab operibus fidem.
quemadmodum in duobus regnis
hebreorum distinguitur iudas ab
israel. cum et ipse iudas sit israel
Ex fide autem ideo dicit iustificari homines
non ex operibus. quia ipsa prima
datur ex qua impetrentur qui proprie
opera nuncupantur in quibus iuste vi
uitur Nam dicit etiam ipse G
ratia salui facti estis per fidem.
et hoc non ex vobis. sed dei donum est
Id est. et quod dixi per fidem non ex vobis
sed dei donum est. et fides. non ex